UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorvm

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

1. Quòd multum tentantur mundum relinquentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50980

Visual Library

TERTIVS LIBER,

QVI INSTRVIT RELIGIOSVM contra aduerſarium. Et complectitur quatuor partes. In quarum prima oſtenditur, quod multum tentētur mundum relinquentes, & quod dæmones tentent homines, & hoc per duo capitula.

CAPVT I.

Quòd multum tententur mundum relinquentes.

OSTENSO quomodo qui in religione eſt, ſe debeat habere ad mundum, & ad corpus proprium, nunc agendum eſt de tentationibus, quæ multum ſolent vexare nouitium. Perſecutus eſt Pharao cum magno exercitu filios Iſraël, qui receſſerunt ab eo. Spiritus immundus multum deſiderat redire ad domum vnde exiuit: & vt illi, qui eum contempſit, poſsit præualere, aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe. In deſerto tentatur Saluator. Gloſ. In deſerto fit tentatio: quia non ante hoſtis ſe erigit, quàm homo de mundo exit. Ideo accedenti ad ſeruitutem Dei dicitur; Præpara animam tuam ad tentationem. Eccleſiaſt. 2. Gregorius in Moral. Lucem rectitudinis, vmbra ſequitur tentationis.

Exod. 14. *Matth.* 12. *Luc.* 11. *Gloſ. ord. circa initium, cap.* 4. *Lib.* 8. *cap.* 10. *à med.*